



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

200. An consecrare in mustio absque necessitate sit tantum peccatum veniale? Eta an sit necessitas sufficiens celebrandi in musto absque peccato, si non adsit vinum in die festo, ita vt auditio Missae ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

nam imbibitum in buccella panis, aut in spongia; aliove simili corpore poroso. Quamvis, si post consecrationem imbibatur, conservabitur ibi sanguis Domini, donec vini speciesificentur, & simpliciter corrumpantur; quia quoad hoc etiam plus requiritur ad consecrandum, quam ad conservandum. Ita Averfa.

7. Nec obstat dicere, quod vinum consecratum adhuc mistum pani consecratum Christi sanguinem: ergo est aptum consecrationi sanguinis. Consequenter probatur; nam eadem dispositio requiritur ad consecrationem sanguinis, quae requiritur ad consecrationem eiusdem. Nam respondeo negando consequentiam, eiusque probationem. Ratio discriminis, quoniam ad consecrationem requiritur, ut materia sanguinis possit initio consecrationis demonstrari per modum potus; quemadmodum & materia corporis per modum cibi: non est autem hoc necessarium ad conservandum sanguinem. Cum igitur nequeat vinum perfusum pani, demonstrari per modum potus, non erit aptum consecrationi, quia ad conservandum sanguinem sufficit, ut retineat species vini, etiamsi non retineat illas in forma potus.

8. Quaes, cur non est necessarium, ut vinum in consecratione sit in forma potabili, non autem post consecrationem? Respondetur rationem esse, quia in consecratione debet verificari Pronomen, quo sanguis per Pronomen, Hic demonstratur per modum spiritualis potus: facta autem semel consecratione, non est amplius necessaria talis demonstratio, sed sufficit, si tantum retineat species vini. Et haec omnia docet Amicus loco citato: unde satis remanet confirmata opinio Eminentissimi & amantissimi Domini mei Cardinalis de Lugo.

9. Nota hic obiter, particulas appositae in Tabernaculo non esse consecrabiles: sed novissime Leandrus de Sacram. tom. 2. tract. 7. disput. 8. quest. 63. contrarium docet, & ait, posse valide consecrari; quia (ait ipse) sufficienter demonstratur contentum per proximum continens: at in hoc casu Sacratium, seu Tabernaculum est proximum continens: ergo illo demonstrato, demonstratur & contentum. Sed haec opinio mihi non placet, & non discedo à negatiua quam docui, & quam etiam docet Bassens in Theol. Mor. verb. Eucharistia 1. num. 15. Ictualdus in Flor. Theol. tom. 1. tr. 8. cap. 6. n. 7. Caltrus Palau tom. 4. tract. 2. 1. disp. unica, punct. 6. n. 5. Averfa de Sacram. Euchar. q. 2. sect. 3. Garcias in Summa Theol. mor. tract. 3. disp. dub. 1. punct. 6. n. 38. Et ad argumentum Leandri negandum est cum Palao, particulas in Tabernaculo existere ibi tanquam in continenti, quod sensu percipi possit. Tannerus verò ponit alium casum; tom. 4. q. 2. dub. 2. n. 66. ait enim, quod licet si panis, aut vinum suo proprio vase, etiam clauso, contineatur, v. g. Pyxide Eucharistica ille, hoc vero Calice, seu ampulla clausa, valere consecrationem. Nam & pari modo ac sensu de loculis clausis dicimus; Haec sunt pecunia, & de poculo clauso; Hoc est vinum. Imo verò etiamsi hostiae clauso Calice contineantur, non videtur de consecratione dubitandum; quia & hic iuxta praesentes circumstantias, & Ecclesiae usum, satis designatur contentum sub speciebus panis. At verò si in aliqua Arca magna, eaque clausa, pauculae contineantur hostiae, aut cantharus vini repositus asseruetur; non valebit consecratio, ob contrariam rationem. Eadem ratio, si in aliquo vase proprio vini, puta cantharo, vel ampulla vini clausa, aliqua forte sit hostia reposita, non videtur valere eius consecratio, etiamsi verba consecrandi corporis Christi adhibeantur; quia nec iuxta communem usum, nec iuxta particulares circumstantias vase illo demonstra-

to censetur demonstrari, seu contentum sub hostia: sed vel ampulla ipsa, vel vinum in ea contentum. Haec Tannerus, quae secundum eius mentem dicta esse volo.

RESOL. CC.

An consecrare in musto absque necessitate, sit tantum peccatum veniale?

Et an sit necessitas sufficiens celebrandi in musto absque peccato, si non adsit vinum in die Festo, ita ut auditio Missae omittatur?

Idem dicendum est pro adimplendo praecepto annuae communionis, & a fortiori pro dando infirmis Viaticum in articulo mortis.

Et asseritur consuetudinem introductam in aliquas Ecclesias consecrandi in musto in certo quodam anni die esse omnino corrigendam, ut haec consuetudo observetur in Lusitania in Ecclesia maiori Brachata.

Et docetur succum ex vva non perfecte maturo esse consecrabilem, secus autem ex vva acerba.

Item succum ex vvis passis elicatum, esse materiam consecrabilem. Ex part. 10. tit. 11. & Misc. 1. Ref. 37.

§. 1. Affirmativam sententiam docet novissime doctus P. Mart. de San Joseph ne los Anis de Confessores tom. 2. lib. 1. de Eucharist. tr. 2. n. 13. vbi sic ait: [Yo no allo razon, que haga fuerza a que sea pecado mortal conflagrar el mosto; pues es suficiente materia declarada per Derecho; y me parece, que donde ay costumbre sera licito dezir Missa con el, y fuera de necesidad no excedera de pecado venial, procurando evitar la indecencia de que lleue horras; ò hezes: porque la costumbre que ay de no celebrar con el, no hallo que sea obligatoria a pecado grave, pues no consta se introduxo como obligatoria: y no auiente se introduzido con actos, y animo de obligarse, no se peca contrauiendo a ella: Quia actus agentium non operantur ultra fines eorum cap. Ad audientiam de Decimis. l. Non omnis, ff. si cert. petat. leg. In agris, ff. de acquir. rer. Dominio. Y assi no apricta esto el Padre Hurtado, de Eucharist. diffio. 9. ni Pedro de Ledesma 1. part. de Eucharist. c. 4. concl. 15; que solamente dize ser pecado conflagrar el mosto, no auiente necesidad, y Henriquez lib. 8. cap. 12. §. 1. dize solamente, que no es cosa decente celebrar con el.] Hucusque Martinus:

2. Sed negatiuae sententiae ego adhaereo cum Suarez, Fagundez, Fillucio, Villalobos, Bonacina, Gauanto, Layman, Machado, & aliis, quos citat, & sequitur Leandrus de Sacram. tom. 2. tr. 7. disp. 8. q. 33. Quibus ego addo Caltr. Palau tom. 4. tr. 2. 1. punct. 4. n. 7. vbi sic ait: Liquor vero expressus ex vvis maturis, sed non defecatus, quique mustum communiter appellatur, materia est consecrationis, quia absolute est vinum; sed non est decens: Ideoque absque vrgenti causa graue peccatum esset ea vti materia ad consecrationem. Ita ille, qui citat Vasquez, & Coninch. Vide etiam Gesualdum in Theol. mor. to. 1. tr. 2. c. 2. n. 7. Dicendum est itaque, Sacerdotem absque necessitate consecrando in musto, peccare mortaliter, non solum propter prohibitionem Canonis adducti, sed etiam propter consuetudinem Ecclesiae in re graui, ex rationibus à me alibi adductis, obligantem ad culpam mortalem, & propter irreuerentiam erga tam venerabile Sacramentum, quia, ut optime observat Less. in 3. p. D. Tho. q. 74. art. 5. n. 24. mustum plurimas faeces commixtas habet, quae non sunt consecrabiles.

3. Sed si aliquis querat, an sit necessitas sufficiens celebrandi in musto absque peccato, si non adsit vinum in die Festo; ita ut auditio Missae omittatur?

Sup. hoc in Ref. praesentata §. Itaque, ante medium, cursum in vers. sicut v. g. m. sum.

Sup. hoc in Ref. praesentata §. Itaque, ante medium, cursum in vers. sicut v. g. m. sum.

Et affirmatiue respondet Baunus in *Theol. moral. tom. 1. tract. 5. q. 9. dub. 2.* cuius verba per extensum apponam, quia etiam deferunt ad confirmationem eorum, quae superius diximus; sic itaque asserit: An vinum recens, quod multum communiter appellant, materia sit Calicis in hoc Sacramento? Omnino, quia multum est verum vinum formaliter, idque potabile, est non defecatum. Ita Iulius Papa de Consecratione, *dist. 2. Canone, Cum omne crimen. 7.* ubi habet racemum exprimi in Calice posse in eiusque succo Sanguinem posse confici. Secundo, quia etiamnum mos quarundam est Ecclesiarum, certo ut die anni vuae exprimantur in Calice; de quo illis sic expressis fiat consecratio: quem tamen Scholastici improbant, ut alienum à cultu Sacramento huic debito. Enimvero, cum multum non nisi rustici, aut è vulgo rudi ac impolito homuli ac foeminae; & quidem delibandi tantum causa bibant; nempe quia impurum, quia turbidum, quia faecibus plenum: ab eo cuique est ob Dei ac Sacramenti reuerentiam abstinendum, circa grauem necessitatem; ut si vinum defecet, nec haberi aliunde die festo posset. quo fidelibus ex praepcepto incumbit interesse sacro Missae officio. Hucusque Baunus. Idem dicendum esset pro adimplendo praepcepto annuae Communionis, si non adessent particulae consecratae, & vinum. Et à fortiori hoc procederet in articulo mortis pro dando Viatico infirmis: nam in his casibus adesset gravis, & maxima necessitas; & ideo posset Sacerdos celebrare, & consecrare in musto. Notat tamen cum Bizozero de *Sacram. part. 4. c. 2. n. 16.* quod in his casibus deberet prius interponi pannus inter vnam, & Calicem, ut humores grossiores ex vua expressa remanerent in panno.

4. Non deseram tamen hic observare, praeter Baunum loco citato, alios etiam Doctores asserere, consuetudinem introductam in aliqua Ecclesia consecrandi in musto, esse omnino corrigendam. Sed hoc non admittit Tannerus, *tom. 4. disp. 5. q. 2. dub. 5. n. 14.* sic enim ait: Quod in nonnullis locis fieri solet, ut, certo quodam anni die, in musto ex vuis in Calice expresso fiat Consecratio, Suarez probandam non putat, sed potius corrigendam, & tollendam. Idem ferè sentit Vasquez *disp. 175. cap. 1. n. 7.* ubi ait, eam consuetudinem non esse intolerabilem, si fieret non in solo musto, sed in vino iam defecato, cui aliqua particula musti expressi adiungeretur. Sed mihi maiore consideratione res digna videtur, & cum in *cap. Cum omne crimen. de Consecrat. dist. 2.* dicatur: Si necesse fuerit, posse bottum in Calice exprimi, & aqua misceri, & ita confici, cur non etiam ob egregiam aliquam causam antiquissima institutionis, à Sanctis forsitan Authoribus deriuata, publicaeque aedificationis, & deuotionis, similis consuetudo licite retineatur, iuxta communem & antiquum Ecclesiae alicuius ritum, à Pontificibus vtique scitum, & nusquam haecenus improbatum; Hucusque Tannerus. Et hanc consuetudinem obseruari in Lusitania in Ecclesia Maiori Brachatae, testatur Fernandez de Moute in *Medulla Cas. Conscientiae part. 3. cap. 4. §. 3. num. 6.* in qua sexto die Augusti Dominicae Transfigurationis à Sacerdote exprimuntur matura botra in Calice consecrando in gratiarum actione pro anni vberitate & fructibus. Sed tales consuetudines, vt dixi, non admittunt communiter Doctores.

5. Notandum est hic obiter, Amicum, ex Syluestro, in *Curs. Theol. tom. 7. disp. 16. sect. 3. num. 32.* docere, succum ex vua non perfecte maturo esse consecrabilem; secus autem ex vua acerba.

6. Nota etiam, me alibi obseruasse dictum Amicum, ubi supra, docere, succum ex vuis passis elicium, esse materiam consecrabilem. Sed video, hanc sententiam impugnare nouissime Adamum Orpinium de *Sacram. tract. de Euchar. disp. 2. q. 3. n. 30.* ubi sic ait: Succus ex vuis passis eductus non intrat materiam Calicis. Vnde Aethiopes grauius peccant, (si verum est, quod de illis narratur) quod vuis passas ad celebrationem Missae adhibent, & ex his liquorem ad consecrationem eliciunt. Ita ille.

RESOL. CCI.

An in Germaniis, vel aliis locis valide Sacerdos consecret in vino paulo ante congelato in Calice?

Ex quo inferitur, quod in aqua congelata non potest fieri valide Baptismus.

Et notatur, quod grauius peccaret, qui in vino congelato consecraret.

Et aduertitur, quod si vinum consecratum congelatum non desinere esse Christum sub speciebus, & ideo aliud vinum minime consecrandum est, sed debet liquefieri, & sumi.

Et an sit peccatum mortale in vino, quod in Hispania vocatur Hypocrasum, & in vino aqua missae, & in alio vino vulgo dicto aqua pie, consecrari, vel sumi tamen materia sufficiens, & consecrabile? Ex p. 3. tract. 6. & Misc. 2. Ref. 100.

§. 1. Negatiue respondent Dicantus Noguera de p. 3. part. tom. 1. q. 74. art. 5. Armilla ver. Euchar. lib. 8. cap. 12. n. 3. & alij, quia vt in aqua congelata non potest fieri valide Baptismus, sic nec in vino congelato, valide fieri potest Eucharistia; adeo ut quod vinum congelatum, quatenus congelatum non est potabile, sed comestibile; ergo, &c.

2. Verum affirmatiuam sententiam ego teno, quam tueritur Emanuel Sa ver. *Missae, n. 2.* Angius eodem ver. n. 23. Sotus in 4. disp. 9. q. 1. art. 1. Layman, Suarez, Coninch, & Fagundez ubi supra, Filianus tom. 1. tract. 4. cap. 4. n. 87. Reginaldus tom. 2. lib. 4. cap. 2. n. 25. Villalobos in *summa, tom. 1. r. 3. disp. num. 2.* Syluius in 3. p. q. 74. art. 5. & alij, quia vinum per congelationem non corrumpitur substantiualiter, ergo, &c. Deinde, vinum congelatum, etiam non factum actu secundo potabile, tamen potest esse materia proxima consecrationis, quia haec non consistit in vno Sacramento, vt Baptismus, sed in consecratione cuiusque quare sufficit quod eius materia sit natura sua potabilis, et si ob aliquod accidens actu potari non possit, vnde patet responsio ad argumentum contrarium.

3. Notandum est tamen, quod grauius peccaret, qui tale vinum consecraret, quod si tamen per congelationem solueretur, non puto improbabile contra Fagundez part. 3. lib. 2. cap. 3. n. 10. licet ipsum contra Fagundez part. 3. lib. 2. cap. 4. n. 87. Reginaldus tom. 2. lib. 4. cap. 2. n. 25. Villalobos in *summa, tom. 1. r. 3. disp. num. 2.* Syluius in 3. p. q. 74. art. 5. & alij, quia vinum per congelationem non corrumpitur substantiualiter, ergo, &c. Deinde, vinum congelatum, etiam non factum actu secundo potabile, tamen potest esse materia proxima consecrationis, quia haec non consistit in vno Sacramento, vt Baptismus, sed in consecratione cuiusque quare sufficit quod eius materia sit natura sua potabilis, et si ob aliquod accidens actu potari non possit, vnde patet responsio ad argumentum contrarium.

4. Aduerte etiam cum Layman in *Theol. moral. lib. 5. tract. 4. cap. 2. n. 6.* contra Alanum lib. 1. de Euchar. cap. 11. si vinum consecratum congelatum, non desinere esse Christum sub speciebus, & ideo minime aliud vinum consecrandum est. Vnde Missale Romanum monet, si contingat vinum consecratum in calice congelari, debere liquefieri, & sumi.

5. Sed quia hodie apud Hispanos efficitur quoddam vinum, quod ipsi vocant Hypocrasum, potum hic verba Petri de Ledesma in *summa, tom. 1. de Sacram. Eucharistia, cap. 4. concl. 15.* ubi sic asserit: Est